



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 36. Sessio XXXVII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV. trigesima sexta, Petrus de Luna ad diem  
 A. C. 1417. vigesimam sextam ejusdem Menis voca-  
Labbe Conc. tur, ut sententiam definitivam contra se  
tom. 12. p. ferendam audiret; Cum vero eodem hoc  
230. die festum S. Mariæ Magdalenæ incidis-  
 set, ac ideo forte citatio utpote in die fe-  
 sto facta, quibusdam nulla ac invalida  
 videri potuisset, Synodus declaravit, quod  
 pro auctoritate sibi concessa omnem, si  
 quis contra hanc citationem allegari pos-  
 set defectum suppleret. Quinque Episco-

Bzov. an. pi hanc citationem publice recitarunt.  
1417. p. 536. Lectum deinde Decretum, quo omnes  
 Bullæ, quas a nona Novembris Anni  
 MCCCCXV in sua obedientia Benedic-  
 tus evulgavit, rescissæ, atque abolitæ fue-  
 runt, hinc vi hujus decreti Synodus su-  
 stulit excommunicationes contra mul-  
 tos Proceres, Clericos, atque sacerdotes  
 Castellæ Legionis fulminatas, item con-  
 firmat, atque ratas habet omnes provi-  
 siones in his regnis a Benedicto fa-  
 cias, hac tamen conditione, ut in-  
 de nullum fiat præjudicium Arragoniæ,  
 & Navarræ Regibus, ac Magno Rhodio-  
 rum Magistro, nec etiam Narbonnensi con-  
 traveniatur capitulationi.

## §. XXXVI.

*Sessione trigesima septima.*

Imperator in priore sessione absens, huic  
 trige-

trigesimæ septimæ die præstituto, scili-  
cet 26 Julii interesse voluit. Indicta A. C. 1417.  
erat, ut tandem ad ipsam Benedicti depo-  
sitionem procederetur. Missa a Cardina-  
le S. Marci celebrata, Patriarcha Constan-  
tinopolitanus sermonem habuit in hæc  
verba S. Joannis cap. 7. v. 24. *Justum ju-  
dicum judge.* Promotor exposuit, Be-  
nictum, eoquod non comparuisset, ad-  
huc semel tanquam contumacem esse  
declarandum, petiitque de citationis in  
ultima sessione decretæ executione rela-  
tionem fieri, quod & impetravit. Reite-  
rata citatione, & Benedicto nullatenus  
comparente Episcopus Dolensis decretum  
legit, quo sancitum, ut ad depositionem  
Petri de Luna procederetur, eoquod ma-  
nifeste contumax esset. Cardinalis Vi-  
variensis, ut Concilii Præses, postmodum  
sententiam legit, hujus tenoris:

### §. XXXVII.

#### *Sententia Depositionis Benedicti XIII.*

*D*e vultu ejus hoc judicium prodeat, qui se-  
det in throno, & ex ore ejus procedit *Labb Conc.*  
*tom. 12. p.*  
gladius bis acutus, cuius statera justa est, &  
æqua sunt pondera, qui venturus est judicare  
vivos & mortuos, Domini JEsu Christi,  
Amen. *Justus est Dominus, & justitas di-  
lexit, æquitatem vultus ejus. Vultus qui-  
dem Domini super facientes mala, ut perdat*  
*de*